



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

Recusat. 115

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

tuta Societas, nondum habebat, quem summo sibi imperio præfectum spectaret. Igitur Comitibus ad anni cio. io. xli. vernum ieiunium indictis, qui Socij in Italia remanserant, ad designandum **GENERALEM** euocantur: quibus adesse ex negotio non licebat, ij verò litteris, quid fieri vellent, aperuere. Omnium consensu Ignatius renuntiatur. 115 Sed nimirum ea viri modestia fuit, vt inducere animum non posset, quo in eorum potestate se fore promitteret. Cæpit magnis proinde precibus fatigare Socios: vellent, iuberent, eo se onere liberum esse, cui ferendo se imparem sciret: neue committerent, vt i vix dum coalescens Societas detrimentum ab se caperet. Impulit grauibus hoc genus querelis socios, vt, quod modò iusserant, ad quadriduum comperendinarent. In-
terea

terea tēporis, rursū ad preces itur,
 & quid Numini videatur; soller-
 ter inquiritur. 116 Ibi nihilo pau-
 cioribus suffragijs in IGNATIVM
 spectātibus denuo vniuersis præ-
 ficitur. Hic ille, cetera minimè
 pertinax, iuxta repugnare; atque,
 vt serium scires, secessu capto, ad
 recognoscenda vitæ totius acta
 incumbere: ijsque sacerdoti ex-
 positis, quid facto opus esset, con-
 sultare. Theophilus is erat, vir in-
 ter S. Francisci posteros egregiè
 sanctus; apud quem, in S. Petri
 promontorio, expiare se prius
 insuērat, quàm Societas planè
 coiretur. 117 Hic talis, cognito,
 quid fieret eum utique Deo ait
 pugnaturum, si porro abnuere
 perseueraret. Tum denique ma-
 nus dare IGNATIVS, & decretam
 sibi prouinciam adire: Idq; vt au-
 spicato fieret, autē diem X. Calē-
 das Maias cū socijs, tribusq; ado-
 les.

les
 in
 pt
 S.
 vo
 ijs
 ch
 ub
 pr
 gr
 ag
 tu
 no
 da
 tis
 tu
 fu
 di
 at
 pr
 lia
 an
 qu